



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bibliotheca Scriptorvm Sacri Ordinis Cisterciensis Elogiis Plvrimorvm Maxime Illvstrivm Adornata

Visch, Charles de

Coloniæ Agrippinæ, 1656

Approbatio Ecclesiastica Censoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38433

annum 9. Ludouici XIV. id est, ab anno Domini 1032. ad annum 1652. Authore D. Petro à Sancto Romualdo, Engolismensi, congrega-
tionis B. Mariæ Fulienfis, Ordinis Cisterciensis Ascetâ. Patisiis, suprâ, apud Chamhoudry. 1652.

F I N I S.

ALANI MAGNI DE INSVLIS
Libri duo, contra Iudæos, & Paganos seu, Mahometanos.

AD LECTOREM.

Opuscula hæc, partem constituunt *Operis quadripartiti Mri. Alani de Insulis, de fide Catholica* hoc est, contra hæreticos siue Albigenfes, Waldenses, Iudæos, & Paganos, seu Mahometanos. Ex quibus, priora quidem duo opuscula (scilicet *contra Albigenfes & Waldenses*) iam à biennio, 1653. cum aliis pluribus ipsius Alani operibus, in lucem emisi, prout illa repererâ in antiquo M.S. codice Abbatiæ Parcensis, iuxta Louanium; posteriora verò hæc duo, quantumuis studiosè, per nominatissimas quasque Bibliothecas, longè latèque quæsita, tunc reperire nequiuim; At nuper (euulgatis iam pridem aliis operibus) in Archicænobii nostri Cisterciensis Bibliothecâ reperta, per Venerabilem loci illius Priorem (D. Franciscum du Chemin, S. Theol. Doctorem) mihi transmissa fuerunt, quæ operæ pretium iudicauim, hic nunc publicare, congruam fortè, occasione aliam haud facilè habiturus eadem publicandi. Certè, Authore suo digna sunt, nec sine fructu (Lector) ea euolues, Vale.

F. Carelus de Visch Prior Dunensis.

APPROBATIO ECCLESIASTICA CENSORIS.

Opuscula hæc partim contra Iudæos, qui obolitâ veteri lege, & Christianâ apertissimè promulgatâ, adhuc Christo Domino aduersantur; partim contra Paganos (in quibus, sensualem Mahometis Sectam intelligit) ab Alano magno de Insulis, Cisterciensis Ordinis Doctore Theologo conscripta sunt, & nuper in Cisterciensis Cænobii Bibliothecâ repertâ, & à R. do. Adm. Domino Carolo de Visch Priore Dunensi iam recensita, cum hæcenus edita non fuerint, reperianturque etiamnum non pauci per orbem Christianum, profani antiquæ illius & iam euacuatæ Egis Sectatores; Mahometicæ etiam perfidiæ illius quædam quasi in agro Dominico, aut circâ illum pullulantia, atque indies præualentia magis zizania, cum magno Christianæ pietatis fructu poterunt euulgari, Ita censéo, Brugis, pridie Kalendas Iunii, 1655.

Antonius Sanderus, Presbyter, S. Theol.
Licent. Librorum Censor.

Incipit